



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 7. Sunt loquaces, garrulæ, curiosæ &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Ego existimo, nullam esse in hoc Mundo bestiam comparabilem mulieri mala. -- O malum summum, & acutissimum diaboli telum, mulier. S. Chrysof. hom. 15. c. 14. Vide hic plurima apud eundem.

Caro, & mulier, duplex infirmitas; & consortium vix discens dediscere voluptatem. B. Hil. debertus ep. 41.

Sicut debilia navigia procellæ, ac tempestates, dispergunt, atque inundant; sic pravi uxorum affectus virorum debiles animas corrumpunt, atque pessumdant. S. Basilius l. 2. in divit.

Quid est mulier? naufragium super terram, oculorum perniciës, animarum exitium, cordis speculum, - Sceptum inferni, - requies serpentis, diaboli consolatio, - caminus succensus; - triumphus tenebrarum, - vipera vestita, procella domus, viri naufragium, exornata mors. S. Ephrem ferm. adversi. improbas mulieres.

Nulla par fera improba, ac maledicæ, mulieri. Quid enim inter quadrupedia terribilius leone? aut inter reptilia dracone crudelius? verum nihil ad malam mulierem. Id. ibid.

Leones in laeu Daniele m veriti sunt; at Naboth Jezabel occidit: cete ventre suo Jonam servavit; Dalila vero Samsonem septem crinibus capitis ejus abstrahis tradidit alienigenis dracones, & aspidēs. Joannem in eremo timuerunt; Herodias vero illum in coavivio decollavit: corvi Eliam in monte sustentarunt; at Jezabel ipsum, post beneficium pluvie acceptum, ad internecionem persecuta est. Id. ib.

O malum malorum pessimum, mala mulier! - Qui igitur uxorem improbam nactus est; intelligat, suorum se delictorum tulisse mercedem. -- Est mulier quotidiana calamitas. Id. ib.

Mulier mali causa, peccati author, via mortis, inferni janua. Ob has nascuntur lacrymis, mancipantur mercoribus, gemitibus addicuntur: & in lamentis tantum fortes sunt, quantum viribus inventiuntur infirmæ; & quantum imparatæ sunt ad labores, tantum ad lacrymas sunt paratæ. Hinc est, quod lacrymis arma vincunt, regna fleibus inclinant, lamentis totam fortitudinem virorum frangunt. S. Chryso- logus l. 79.

Mulieres sunt incendiariæ diaboli, templa DEI comburentes. S. Vincentius Ferr. l. 1. de superbia.

Sicut CHRISTUS habet suos Apostolos, sic diabolus suos. Apostoli quidem diaboli sunt vetule, & quidem interpretes, lenones, & meretricibus verba portantes. Hugo Card. in c. 1. Ex.

## §. VII.

Fœminæ sunt loquaces, garrulæ, curiosæ &c.

Cur præcepit vobis DEUS? Gen. 3. 1. Evam serpens callidè aggreditur, ut non Polyant. Sacr. Tom. I.

statim provocet ad peccandum, sed loquendum. S. Chrysof. vidisti malignitatem? dixit, quod non erat, ut in colloquium provocaret. At cur diabolus loquacem volebat? Credo, quia non dubitabat illud fore multiloquium, in quo, teste Prov. 10. 19. peccatum non defuturum. Nec sua eum opinio fefellit: Nam plura respondit, quam oportuit, de fructu lignorum. Si penitus tacuisset, aut saltè respondisset, nescio; aut, quia Dominus est; aut, quia ita voluit; verius, & accommodatius, respondisset. Dum autem in plura verba se effudit, his peccavit: semel aggravando præceptum, & ne tangere- mus illud, v. 3. secundo dubitando de pena, ne fortè moriamur. ib. Mendoza in 1. Reg. 9. annot. 4.

Cantemus Domino. Ex. 15. 21. Olim victoriæ à viris reportatæ à fœminis decantabantur: nam post exitum de mari rubro Maria prophetissa soror Aaron sumpsit tympanum in manu sua; & egressæ sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus illa præcinebat: Cantemus Domino. Interfecto à David Philistæo, præcinebant mulieres. 1. Reg. 18. 7. Partâ victoriâ de Assyriis, ait Psal. 67. 26. prævenierunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvenularum tympanistrillarum. Cur potius fœminis, quam viris, ea cura tradita? Germana ratio est: quia, quantum viri pugnandi vi, tantum fœminæ fandi copiâ, præstant. Mendoza ib.

Accessit ad eum una ancilla. Matth. 26. 69. Unde hæc ancilla, præ viris, & ministris, qui Petrum in horto cum Christo viderant, eum esse JESU discipulum agnovit? Fortè etiam aliàs viderat Petrum cum JESU, & aliis Apostolis, per urbem incedentem, ac curiosè eum notarat. v. 71. vidit eum alia ancilla: forsân æque curiosa. Cornelius hic.

S. Malachias fœminam mutam loquelæ restituit. Mirum, cum CHRISTUS nulli id beneficium contulisse legatur. Ex vita S. Malachias Ep.

Multum loquaces meritò nos omnes habemur. Eunomia apud Plautum in aulularia. Nec mutam profectò hodie repertam dicunt mulierem ullam in sæculo. Sed quid mirum? quod nulla mulier muta sit, cum etiam lapideum mulieris simulacrum loquax fuisse memoretur. Nam celebre illud Fortunæ simulacrum, quod Romanæ fœminæ olim dedicarunt, semel, & iterum, locutum fuisse prædit S. August. lib. 4. de Civ. cap. 19. Mendoza ib.

